Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



hec. Maior autem his est karitas Secundum lucam
in illo t. Assumpsit ihs discipulos suos. et ait illis.
Ecce ascendimus iersolima. et consumabuntur omnia que scripta
sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus. et
illudetur. et flagellabitur. et conspuetur. Et postquam fla
gerint occident eum. et die tertia resurget. Et ipsi nichil
horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum
ab eis. et non intelligebant que dicebantur. Factum est autem cum
appropinquaret iericho. cecus quidam sedebat. secus viam
mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem interrogabat
quid hoc esset. Dixerunt autem ei. quod ihs nazarenus transiret.
Et clamauit dicens. Jesu fili dauid miserere mei. Et qui
precedebant increpabant eum ut taceret. ipse autem multo ma
gis clamabat. fili dauid miserere mei. Stans autem ihs. iussit
illum adduci ad se. Et cum appropinquasset. interrogauit
illum dicens. Quid tibi vis faciam. At ille dixit. Domine
ut videam. Et ihs dixit illi. Respice. fides tua te saluum
fecit. Et confestim vidit. et sequebatur illum magnificans dm.
Et omis plebs ut vidit dedit laudem do. In capite ieunij
Hec dicit dns. Convertimini ad me in toto corde vro. in Johel
ieunio. et fletu. et planctu. et scindite corda vra. et non 2 Phe
vestimenta vra. Et convertimini ad dnm dm vrm. quia beni
gnus et misericors est. patiens et multum misericors. et
prestabilis super malicia. Qis scit si convertatur. et ignoscat ds.
et relinquat post se benedictionem. sacrificium et libamen dno do
mno. Canite tuba in syon. sanctificate ieunium. vocate cetum.
congregate populum. sanctificate ecclesiam. coadunate senes. congregate
parvulos. et sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubiculo suo